



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

31. De 5. verbo, Sitio, Ioan. 19.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

lius Dei ita deseritur, nisi Christo coniungamur & maneamus?

Quidam autem illic stantes, dicebant. Heliam vocat iste. Cōsidera, hoc dictum est, ut discas otiosos homines in rebus suis curiosos, nihil nisi aliorum verba & facta carpere & ridere. 2. ab impiis ignorari delictum crimen inter Eli & Heliam, id est, iniuriam honorem, qui Deo debetur, & qui factis, ut sunt hæretici nostri temporis, illos sinistrè Dei verba torquere, quibus quidē audiunt, sed nō iuxta illa vitam faciunt.

MEDITATIO XXXI.

De quinto Christi Verbo.

Ioann, 19.

1. **S**CIENS IESVS *omnia consummata, ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Cōsidera, Dominum in tantis crucis tormentis, mente tamen lustrasse Scripturas singulas, an quæ forte superesset nondum tuam salutem impleta, ut tu in Dei voluntatem, superiorūque iussa intentus, nihil omittas eorum quæ tui officij, vel vocationis sunt. 2. Cōsidera Christum nihil vo-*

PASSIONE DOMINICA. 307

quam vel fecisse temere vel dixisse, sed eo
reulisse omnia vt consummaretur Scri-
ptura, id est, voluntas Dei in ea expressa, sic
effice tu quoq; vt nihil agas, nisi quod cō-
sentaneum est tuæ vocationis legibus &
obedienciæ, & mercedem mirum in modū
in celo augebis.

SITIO. Considera, cur tot doloribus
obutus de sola siti queratur, nimirum, vt
qui iam sanguinem suum totum effude-
rat, omnis generis cruciatus exantlarat,
Patrem pro omnium peccatis orarat, in-
dicat optare se, vt vicissim nos pro gra-
ti animi significatione aliquid offerre-
mus. Siciebat enim emédationē, pfectio-
nem, & salutem nostram, sicut & sitiuit à
primo vitæ exordio .2. vt hanc sitim ani-
marum testamēto nobis relinquat. Mun-
dus sitit opes, honores, voluptates, quæ
magno quidem constant, sed sitim non
explent, imo vt venena bibentem peri-
munt. At Christus te vult sitire ad fontem
aquæ viuæ salientem in vitā æternam, id
est D E I V M, tuamq; , & aliorum salutem,
sicut sitiuit C H R I S T V S, quæ sitim ex-
plent.

*Et continuo accurrens vnus sponsiā aceto
impletam, imposuit arundini & hysot o.*

dabat ei bibere. Considera, an hæc sit in
merces illius oris, quod ad nostram salu-
tem toties apertum fuit, & linguæ illius
quæ tot documenta dedit, tot ægros cu-
rauit, tot edidit miracula. Sed Christus
qui iam pro cæteris peccatis tuis aliis po-
nis satisfecerat, voluit etiam gulæ &
temperantiæ medicinam adhibere, &
quod esu pomi in paradiso erat infectum
hac amaritudine quasi antidoto purgare.
1. Considera, nos acetum porrigere. Chri-
sto, cum in rebus ad salutem spectantibus
sumus tepidi & negligentes: mundo in-
merum vinum præbere, cum nulli labori
parcimus, in honoribus & existimatione
nominis aucupanda.

MEDITATIO XXXII.

De sexto Christi Verbo. Ioan. 19.

1. **C**um accepisset Iesus acetum, dixit. *Consummatum est.* Considera 1. non dictum esse, consummatum est hoc vel illud, sed ab-
solute, vt scias hac Dominica passionem
omnia perfecta, tam in cælis, quam in ter-
ris, tã quæ ad Deum, quam quæ ad homines
pertinent. Sicut enim peccatum violat
omnia, ita Christi sanguis restituit omnia.

PASS
vt discas
re, & cum
Domini g
CON
rit omni
Primo en
tum, pe
tum, à v
vel mand
demptio
sima obe
nullum n
Anima tr
tum flag
nis, capil
& alapis,
riis, man
gua felli
languis r
apposuit
plati. In
fessim
tas, pati
rancia &
CON
rit om
enim fir
liber